eſt ſpecies ꝯtinui numerati addatur tricubitaꝫ ꝙ ſi ſiat nihil
addiť formalitati inq̃tũ eſt ſupficies: qꝛ nunc eſt ſupficies
ſic pus: ſꝫ tñ eius vt ſit ſupficies maior in ptibꝰ q̃titatiuis. ſꝫ
nõ intẽdiť in ſua formalitate ſꝫ ſcðe foꝛalitati apponiť aliud
quo reſultat foꝛalitas pfectior ꝙ̃ ſine ipſo. Nã bicubita q̃tita-
tas ꝯtineť in tricubita ſicˀ trigonũ in tetragono: ⁊ hinc eſt ꝙ ĩ-
finita ſupficies nõ tollit diſtictionẽ foꝛalitatis ſupficiei a foꝛ-
malitate linee inq̃tũ linea eſt. Itẽ arguiť determinata rela-
tio ꝯſeqť determinatũ modũ in fundamẽto. 5. meta. ois rela-
tio eſt modus ſiue mẽſure ⁊ numeri vel pꝰ. ergo ſi hi modi. ſ. at-
tributa nõ diſtinguunť in eſſentia dei ſine ope intellꝰ. ex quo
relatio nõ ꝯſeqť eſſentiã mõ nãe: ſi ꝯſeqť eẽntiã ꝯtinẽtẽ oẽꝫ
modũ vnitiue: qꝛ eẽntia eſt ois pfectio vnitiue ſm̃ te: relatio
ſequẽs eſſentiã nãlr̃ ꝯtinet ẽt oẽm relationẽ vnitiue. Dico ꝙ
ſi p ĩpoſſe deus nõ eẽt cã aliquãto niſi neceſſitate nãe ſic ꝓbi di-
xerũt: ſicut ſol ꝓducit radiũ: tñ illud ens eſſet ens pncipatũ ⁊
nõ eſſet ens p eſſentiã: nec eq̃ret deũ: nec eſſꝫ ĩfinitũ ſic deus.
ergo ſꝫ relatio ſequať eẽntiã infinitã ꝯtinẽtẽ vnitiue oia nõ eq̃-
tur ei: cũ agẽs q̃tũ eſt de ſe eq̃t ſibi effectũ: ſꝫ effectꝰ ſortiť g-
dũ ⁊ limitationẽ a gradu in quo recipiť: ⁊ recipiť in gradu ⁊
diſtãtia determinata a monade: ergo nõ ĩfinita ſꝫ gradus nõ ſit
aliud ꝙ̃ creatura. Itẽ arguiť in vna intẽtione ſimplici nõ pt
eſſe ordo ſm̃ rẽ in eẽntia vt fundat relationẽ eſt ordo ſm̃ rẽꝫ
qꝛ ordinate fundat: ergo añ relatiões illas eſt ordo realis ⁊ rela-
tio realis. Dico ꝙ eſſentia diuina ſiť ⁊ ſine ordine q̃tũ eſt de
ſe fundat oẽs ſuas relationes: ita ꝙ oẽs relationes ſunt ſimul
equãtes vnũ eẽntie fundamẽtũ: ſꝫ aliq̃ñ hñt ordinẽ: ſicut enĩ
nõ hñt infinitatẽ pp internallẽ: ſic hñt ordinẽ pp internallis
de nã cũ geniti eſt ꝙ pus gñeť ꝙ̃ amor ſpeť. ergo internallis in-
ter pẽm ⁊ filiũ eſt pus internalle inter ſpirãtem ⁊ ſpũm ſan-
ctum: ideo eſt ordo inter illas relationes.

¶ Collatio. XXIIII.

VTrum cũ ſũma ſimplicitate pſone diuine
poſſit ſtare plĩma reſpectuũ realiũ
in eadẽ nã añ oẽm actũ intellꝰ. Probo ꝙ nõ: qꝛ
pluralitas rõnũ intelligibiliũ ſubiectiue exiſtiũ ĩ eadẽ

re nõ poteſt ſtare cum ſimplicitate illius rei. ergo nec plali-tas rõnũ realiũ poterit ſtare cũ ſimplicitate alicuius rei. ↄ̃ña pʒ. qꝛ maioꝛ ẽ cõpõ rei ⁊ rei q̃ʒ aliquoꝝ tm̃ rõne differẽtiũ. Maioꝛ ꝓbaᷣ: qꝛ rõ intelligibilis in intellcᷣ aut eſt ſpẽs: aut eſt ṽbũ: ſʒ nõ ↄuenit ponere pl̃es ſpẽs vel pl̃a ṽba in aliq̃ ꝑſona dei añ oẽʒ actũ intell̃s. g̃ ⁊c̃. Itẽ illud nõ dʒ poni quo circũſcripto poniᷣ ꝑfectio in deo q̃ta poneretᷣ ipſo poſito: ſed hoc poniᷣ ponẽdo tales rõnes reales pl̃es añ oẽʒ actũ intellect⁹. g̃ ⁊c̃. Maioꝛ pʒ de ſe. ⁊ minoꝛ ꝓbaᷣ ſic. Realitas eſſentie nude equalet rõni ſapiẽtie poſite cũ realitate eſſentie: g̃ a ſilĩ realitas eſſentie nude equalet rõni relationis poſite cum realitate eẽntie. nõ igiᷣ opʒ ponere tales rõnes reales in ꝑſonas diuerſas añ oẽm actũ intell̃s. ¶ Rñdeᷣ ꝙ ſic q̃ declaraᷣ ſic eẽntia de ſe eſt cõicabilis añ oẽm actũ intell̃s ſm̃ oẽs ex nã rei: relatio ꝑſonalis de ſe icõicabilis hec duo ſunt in patre añ oẽm actũ intell̃s. Probatio. qꝛ opʒ vnũq̃dqʒ ꝑus eẽ ꝑfectũ ineſſe p̃: q̃ʒ ineſſe ſcd̃o. g̃ opʒ ꝙ pĩ ꝑus bẽat eẽntiã ⁊ relationẽ in ſe q̃ʒ intelligat: ⁊ iter ſe vt argumẽtatũ eſt differũt. g̃ añ actũ intell̃s differũt. Itẽ ꝑfectio ſimpl̃r eẽntie diuine icludit oẽm ꝑfectionẽ ſimpl̃r: g̃ añ oẽʒ opus intell̃s eſt ibi po⁹ ⁊ intell̃s ⁊c̃. ſʒ vbicũqʒ ſunt alia: ⁊ aliq̃d eſt ſubʒ vni ⁊ obʒ vni⁹ quod nõ alterius inter ſeipſa dĩnt: qꝛ ↄ̃dictio eſt ꝙ aliq̃d ſit ſubm̃ vni ex nã rei: ⁊ nõ alteri⁹ niſi illa eẽnt aliquo mõ diuerſa añ oẽm actũ intell̃s: ſʒ aliq̃d eſt ſubm̃ diuino intellcᷣui: vel obm̃ diuino intellcᷣui: q̃ nõ eſt ſubm̃ diuine potentie vel obʒ eius: ergo ex natura rei differunt.

Ad primũ arg̃m rñdeᷣ ꝙ maioꝛ eſt vera in creaturis vbi tales rõnes intellc̃uales ſunt accñtia ⁊ nectio faciũt cõpõnẽ cũʒ aĩa q̃ eſt ſubã: in deo tñ maioꝛ iſta eſt falſa: ſic pʒ de diuinis ꝑſonis ⁊ de rõnib⁹ attributalibus. Ad ꝓbõnẽ dico ꝙ facᷣ fallaciã ↄ̃ñtis. arguẽdo ex inſufficiẽte: qꝛ tales rõnes reales nõ ſunt ſpẽs nec ṽba. ſʒ rõnes ↄ̃ſubales ⁊ formal̃r diuerſe eedem realiter in eſſentia diuina.

¶ Ad 2m ↄcedo totũ ꝙ nõ ſit ibi res ⁊ res: ſʒ tm̃ abſoluta res ⁊ res reſpectiua: qꝛ relati a cõpata ad rẽ abſolutã idẽ eſt realiter cũ ea: ⁊ tũc negaᷣ ſil̃itudo: qꝛ nõ eſt ſic de eſſentialib⁹ ſic vl̃r cõparatis ⁊ relatiuis quoꝝ eẽntia in relatione ↄ̃ſiſtit.

¶ Cõtra põnẽ arguiᷣ ſic. Si eẽntia diuina ſit formal̃r recta vel iuſta ⁊ bona: ⁊ intell̃s rectus põt formare de ea ↄceptũʒ diſtinctũ ſapiẽtis ⁊ iuſti ⁊ boni: ſine alia diuerſitate eſſentiali vl̃ reali a ꝑte eẽntie: g̃ a ſilĩ põt intell̃s idẽ circa ꝑſonã formãdo circa eã formãdo ↄceptũ relatiõis realis ⁊ rei abſolute ſine alia diſtinctione reali a ꝑte ꝑſone. Nec rõ põnis ↄcludit: qꝛ nõ icludit ↄ̃dictionẽ: ꝙ aliq̃d ſubdaᷣ diuino intellcᷣui ⁊ nõ diuine po°: qꝛ ↄ̃dictio eſt reſpectu vnius ⁊ eiuſdẽ oĩo ſic nõ eſt in ꝓpoſito. ¶ Ad p̃m dĩ ꝙ h̃ eſt ipoĩe ꝙ intell̃s diuinus faciat circa deum conceptus diſtinctos: vt ſapientie vel bonitatis niſi in re ſint talia diſtincta.

¶ Cõtra. intell̃s põt formare ↄceptũ vnũ de ſimpl̃r diuerſis: g̃ ↄceptus diſtinctos de termino oĩo eodẽ. Ad h̃ dĩ ꝙ ↄ̃ña nõ valet: qꝛ ↄceptus vnus põt ferri circa oĩo diuerſa real̃r: dũmõ in illis diuerſis ſit aliq̃s ordo ad 3m ſicut pʒ de tribus ſpẽb⁹ eiuſdẽ gñis: de qb⁹ bẽ ↄceptus vnus: ⁊ tñ nõ eſt vnitas realis in eis nõ ſic ex altera ꝑte. Itẽ ↄtra p̃m rõnẽ arguo ſic. Si deitas q̃ eſt de ſe cõicabilis ⁊ p̃nitas q̃ de ſe eſt icõicabilis ſunt in ꝑſona p̃ris ſm̃ te ⁊ diſtĩcta ex ꝑte rei. g̃ cõpõ. Probatio ↄ̃ñtie: qꝛ aliquo mõ ꝑoritatis ꝑus eſt deitas q̃ʒ ſibi inſit p̃nitas. ꝓbõ: qꝛ ꝑus deitas eſt deitas: ⁊ p̃nitas eſt p̃nitas q̃ʒ ſint vnita. ꝑ q̃d igiᷣ ex eis ſit vnũ nõ ex ſe ꝑciſe ex ſuis rõnibus formalib⁹: qꝛ tũc nõ ꝑus eſſʒ hoc hoc: ⁊ illud illud q̃ʒ hec vnita: g̃ ꝑ aliq̃d aliud q̃ro de illo vtꝝ ſit act⁹ vel po°. ſi act⁹. g̃ aliq̃d iſtoꝝ eſt po°. g̃ cõpõ. Itẽ ꝓbõ ↄ̃ñe. qꝛ ꝑus cõpetit rei illud q̃ eſt ſui in ſe q̃ʒ illud q̃ ↄuenit ſibi ex cõparatiõe ad alteꝝ. g̃ ꝑus deitas eſt deitas añq̃ʒ ſit p̃nitas: ⁊ hec po⁹ ⁊ hic act⁹ ſeq̃ᷣ cõpõ: qꝛ ſtãdo ꝑciſe in eis nunq̃ʒ ex eis ſit vnũ: qꝛ ſic nullã bñt hĩtudinẽ adinuicẽ. Dĩ ꝙ eſſentia q̃ eſt fundamẽtũ relationis: ⁊ relatio faciunt per ſe vnum ex ſeipſis: qꝛ vnum non differt realiter ab altero: ſed put comparatur relatio ad eſſentiam eſt idem realiter cum illa.

¶ Cõtra. lʒ ex mã ⁊ forma ꝑciſe natũ ſit fieri vnũ: tñ q̃ñ vnũʒ nõ vniᷣ alteri ſi dẽant vniri adinuicẽ aliq̃d eſt rõ vniõis q̃ nec eſt vnũ nec aliũ. 7. meta. ſepatis. a. ⁊. b. aliũ manet i. b. q̃ nec eſt. a. nec. b. igiᷣ a ſilĩ in ꝓpoſito eſt de illo alio ſuit q̃ q̃d ſit q̃ ex eẽntia ⁊ ꝓprietate ſit vnũ ex po° ⁊ alteꝝ eſt actus: g̃ cõpõ nec põt eſſe aliud q̃ʒ po° vel act⁹: qꝛ ex duobus in po°: vel ex duob⁹ in actu nõ ſit vnũ. Itẽ in p̃mo ſigno originis res ſub vno mõ vt deitate differt a ſeipſa ſub alio mõ p̃nitate. g̃ q̃ñ iſti modi ſm̃ ſe ↄ̃ſideranᷣ ꝑciſe nõ ſunt ſil̃ vniti. g̃ ad h̃ ꝙ ſil̃ vnienᷣ opʒ intelligere aliq̃d vniẽs: ⁊ vnũ actuãs alteꝝ vel ambo tertiũ: ⁊ vtroqʒ mõ cõpõ. Itẽ ꝙ ſit cõpõ ꝓbatio ſuppono ꝙ pĩ ſit aliq̃d ꝑ ſe vnũ reale ſuppoſitũ: ⁊ ꝙ eius forma q̃ ſit pĩ ſit p̃nitas. tũc ſic. pĩ ĩq̃ntũ pĩ eſt ꝑſona realis. g̃ p̃nitas q̃ formal̃r eſt pĩ eſt forma realis ⁊ vnibilis: ſʒ eſſentia diuina q̃ eſt in p̃re: ſil̃r eſt res: g̃ due res reales ⁊ vnibiles, g̃ compõ. Itẽ ſi deitas ſit ibi añ oẽ opus intell̃s: ⁊ ſil̃r p̃nitas. g̃ ꝑſone ſunt ꝓducte añ opus intell̃s. Probõ ↄ̃ñtie. ꝑſone real̃r ſunt ꝑſone ꝑ relationes oppoſitas reales. nec vĩ alia rõ diuerſitatis ꝑſonaꝝ: niſi diuerſe relationes oppoſite reales: ſʒ poſitis illis q̃ tu ponis añ oẽ opus intell̃s ſeq̃ᷣ ꝙ in deo ſunt relationes oppoſite reales. g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ ſi deitas eſt ibi ex nã rei ⁊ ſil̃r p̃nitas ⁊ diſtinguiᷣ. ⁊ hoc ex nã rei per ↄ̃ñs deitatis ad p̃nitatẽ eſt aliq̃ diuerſitas ⁊ diſſil̃itudo: ⁊ eꝯ p̃nitatis ad deitatẽ eſt aliq̃ diuerſitas ⁊ diſſil̃itudo ⁊ hoc totũ ex nã rei: ꝑ te añ omne opus intell̃s: qꝛ hec diuerſitas differt ab hac diuerſitate: ⁊ hec ab illa alia diuerſitate: ⁊ ſic in infinitum.

¶ Collatio. XXV.

VTrum eſſentia ſola ſit p̃n̄m formale ꝓducẽdi nõ vt determinata relatione.

Arguiᷣ ꝙ ſic: indeterminatio po° actiue eſt altera q̃ʒ indeterminatio paſſiue. nõ eniʒ eſt ad ↄ̃dictoria. ſ. agere ⁊ nõ agere: ſicut po⁹ paſſiua indeterminaᷣ ad eſſe ſub actu ⁊ nõ eẽ ſub actu: ſʒ actũ indeterminata eſt ad effectus diuerſos nõ ad agere ⁊ nõ agere. Exm̃ de ſole q eſt indifferẽs ad multos effectus. g̃ in mã poſita eſſentia po° eſt po° actiua ⁊ indeterminata: ⁊ nõ ad gñare ⁊ nõ gñare: ſʒ ad gñare ⁊ ſpirare: tũc eſt indeterminata vt poſſit in hoc ⁊ in illud: ſʒ po° indeterminata ad ↄ̃dictoria nõ determinaᷣ niſi ꝑ aliq̃ additũ. ergo po° actiua indeterminata ad diuerſos effectus determinaᷣ ꝑ ſe ⁊ ſine aliquo medio. Exm̃. virt⁹ formatiua fetus de mã q̃ eſt vniformis vbicũqʒ in oĩ parte põt cãre de illa carnẽ ⁊ oſſa ⁊ hui⁹. g̃ eẽntia diuina q̃ eſt actiua po° indeterminata ſine reſpectu erit p̃n̄m gñandi ⁊ ſpirandi. Itẽ po° actiua determinata eſt aliq̃d ꝑfectiõis. Exm̃ in potẽtia calefactiua eſt q̃ agat p̃ñte obiecto: ⁊ q̃ nõ req̃rit aliũ ex parte ſua eſt ꝑfectionis: ſʒ ꝙ nõ põt niſi in vnũ eſt iꝑfectiõis. ergo in eſſentia erit p̃m ⁊ tolleᷣ 2m. Itẽ oẽ illimitatũ ⁊ ĩfinitũ ſm̃ ꝑfectionẽ eſt indeterminatũ: ens aũt in cõi eſt indeterminatũ ꝑuatiue: qꝛ põt determinari: ſʒ eſſentia eſt indeterminata negatiue. ergo nõ põt ꝑ reſpectũ determinari. Itẽ in aliys a deo eſt aliud rõ agẽdi ⁊ rõ agẽtis: vt caloꝛ eſt rõ calefaciẽdi: rõ calefaciẽtis eſt rõ ſuppoſiti. Relatio ſm̃ eos eſt rõ ſuppoſitiua: nõ igiᷣ rõ agẽdi. Itẽ Dama. c. 8. relatio nõ determinat eẽntiã: ſʒ hypoſtaſis. Dama. c. 8. ¶ Dĩ eẽntia ex ſe eſt determinata ad gñandũ ⁊ ſpirãdũ: tñ req̃rit aliq̃d ſine quo ſicut ignis nõ calefacit niſi obiecto p̃ñte ⁊c̃. ſic lʒ eẽntia de ſe determinata ſit ad agẽdum: nõ tñ gñat nec ſpirat niſi in ſuppoſito ↄueniente.

Contra iſta q̃ dicũt ꝙ eſſentia indeterminata indeterminatione ſua determinat ſe ad actũ. arguitur aut intelligũt ꝙ determinaᷣ ſic formal̃r vtraqʒ po° vel idẽtice nõ ꝑ mõ ſʒ ꝙ eẽntia ſit formal̃r gñatiuitas ⁊ ſpiratiuitas. tũc

dicūt ɔ̄dictoria:q2 itell'ſ eſt q̄ dicit verbū: volūtas aūt ſpirat ſpūſcū:⁊ tūc vtraqȝ formalitas eſt vna formalitas:ſȝ iſti dicūt q̄ iſte ſūt due formalitates:ḡ dicūt oppoſitū. Silr ſeq̄tur ɔ̄dictio ſi ſit formal'r iſta duo:ḡ eſt vna formalitas:ḡ vna po^a:ſed ōis po^a excedēs ſuum effectū eſt equoca:ſed iſta potentia excedit.ergo generatio in diuinis eſt equiuoca.

¶ Si 2° mō.ſ.idētice hēat vtrūqȝ in ſe:tūc ſeq̄ ꝓpo^m.q2 tūc de ſe nō eſt formal'r determinata:q2 p̄ iſtas formalitates determinat̄ q̄ ſuꝑueniūt ei ⁊ informāt eā.eēntia aūt pōt determinare ſeipſam:⁊ ita ſeq̄ ɔ̄dictio. Itē iō eēntia determinat ſe q2 eſt indeterminata negatiue:⁊ p̄ ɔ̄ñs indeterminabile:q2 qd̄ ſic eſt indeterminatū eſt īdeterminabilis. Itē ōis relatio realis eſt q̄dā applicatio ſui fūdamēti aut fūdamētū ſui correlatiui:ſȝ de intellu eſt determinatio applicationis:aut igit̄ nulla relatio realis eſt in deo:aut ſic applicabit eſſentiā: ⁊ ſic determinabit in p̄mo intellu eſſentie inq̄tū eſt rō gn̄andi includit̄ q̄ ſit gn̄atiua formal'r:⁊ p̄ ɔ̄ñs relatio:ſȝ nō vt relatio elicitiua.ḡ vt determinata. Itē eſſentia vt abſoluta eſt rō eēndi:ḡ nō eſt niſi vnū eſſe in diuinis.ſi igit̄ eſſentia vt abſoluta eſſet rō ꝓducēdi:nō erit niſi vna ꝓductio in diuinis. Itē i ordine eēntiali p̄^m eſt cā poſterioris:ſȝ relatio cadit media inter formā elicitiuā act^9 ⁊ ipſum actū.⁊ ſi eſt iō elicitiua:ḡ relatio aliquo mō hēbit rōnē cauſe reſpectu actus.nunq̄ȝ negat ph̄s q̄ relatio non ſit aliquo modo principium motus vel terminus:ſed vult q̄ non per ſe.

¶ Ad p̄^m ɔ̄cedit̄ q̄ indeterminatio po^e actiue nō eſt ad ɔ̄dictoria vt ad agere ⁊ nō agere ſ̄ po^a actiua nāli nō volūtaria. Ad minorem.po^a indeterminata ad multos effect^9 determinat̄ ad quēlȝ effectū ſiue addito abſoluto.ſi intelligit̄ ſine ol addito.nego de po^a nāli:lȝ in volūtaria ſit ver̄ in nāli vl' addit̄ aliq̄d a p̄te ſui vel a p̄te mā̄e.vn̄ reſpectu ſolis eſt alia diſpō mā̄e.vn̄ dico q̄ p̄ vnā formalitatē lȝ ſit īfinita nō agit naturalr niſi vnū.vn̄ Cōme.2° meta.ſi agēs eſt vnū ⁊ mā vnū ⁊ act^9 eſt vnū.ꝓpea nūc ponit plēs regulas. Tūc dico ⁊ potētia nālis vna ſ̄ȝ formalitatē vna nō ꝓducit plā ſine determinatione a p̄te ſui vel a p̄te mā̄e:ſȝ in ꝓpoſito nō eſt realis differētia niſi inter relationes.igit̄. Ad ex^m de ſcia q̄ eſt vniforme in ol p̄te dico illa virt^9 agit in ɔ̄itate artis opatio nāe eſt opatio intelligētie. Al'r dico cū di po^a indeterminata actiua ad multos de ſe determinata eſt ⁊c̄. ver̄ eſt ſicut ſūba ignis de ſe eſt determinata ad calefaciēdū:q2 eſt d̄terminata vt ſit calida ⁊ hȝ calorē mediāte quo calefacit:ſic eſſentia de ſe determinata eſt de ſe actum generandi: q2 determinata eſt de ſe vt fundet relationem paternitatis.

¶ Per hoc ad 2^m.po^a nālis actiua necio includit reſpectū: nec calor exit in actū calefaciēdi niſi īcluderet reſpectū. Un̄ reſpect^9 fūdat̄ in po^a ⁊ idē eſt reſpect^9 q̄ referat̄ calefactiuū ad calefactibile ⁊ calefaciēs ⁊ calefactū ⁊ aduenit noua applicatio ⁊ nō nou^9 reſpect^9.ſic de creatiuo ⁊ creāte eſt alia relo media inter actū ⁊ po^am. ¶ Ad 3^m dico q̄ eēntia eſt īfinita ⁊ illimitata negatiue:⁊ p̄ ɔ̄ñs indeterminata ad oēs ꝑfectiones abſolutas pōt determinari ad relationes ⁊ p̄ relationes. Ad aliud eadē realitas entis infiniti pōt eſſe vtraqȝ itēſio.ſ. ⁊ rō ſuppoſitiua ⁊ rō gn̄andi determinatiue. Ad Dam. dico q̄ loq̄t̄ de characteȝatione ad eſſe hypoſtaticum.

¶ Collatio.XXVI.

VTrum ꝑſone diuine ſint relatiue: Ut nō: q2 qd̄ relationi ꝓſupponit̄ nō conſtituit̄:ſȝ qd̄ refert̄ eſt huiꝰ:ſȝ ꝑſona refert̄.ḡ ⁊c̄. Dico q̄ minor eſt falſa in diuis.q2 ibi h̄ q̄ refert̄ eſt de p̄ ⁊ p̄ ſe itellu ſubi.ſ.illius qd̄ refert̄:ſic cū dī filius refert̄.iō filius nō ꝓſupponit̄ relationi. hn̄ ſuppoſitū humanū refert̄ q̄ eſt extra ſuū intellm:⁊ iō ꝓſupponit̄ relationi ſupp^m diuinū nō.⁊ ſi dicis opp^m petis. ¶ Itē arguit̄. realis diſtinctio extremoȝ hȝ aliq̄ȝ cālitatē ſuꝑ realitatē relationū ſuaȝ.q2 ibi extrema nō diſtinguunt̄ ſ̄ȝ rē nec illa relatio eſt realis.ḡ diſtō realis ſuppoſitoȝ diuoȝ eſt p̄or cāliitate ipſa relatione reali:q2 cāt realitatē relationū ſuaȝ.ḡ nō cōſtituit̄ ex illis:q2 ſunt poſteriora. Dico q̄ maior eſt falſa.q2 ipſum referri eſt diſtingui.⁊ diſtinctio eſt ipſa relatio:q2 ipſa relo eſt diſtinctiua extremoȝ.ꝑȝ falſitas maioris tā in diſtinctis real'r:q̄ȝ in diſtinctis ſ̄ȝ rōnē creatura refert̄ ad deū:⁊ tn̄ ipſa creatura vt diſtincta a deo nō p̄cedit relonē.ſilr itell's diuinus diſtinguit attributa diuina cōparādo:⁊ nō p̄cedunt diſtincta ipſaȝ opatonē. ¶ Itē arguit̄ ꝑſona in diuinis dī relatiue reſpect^9.ḡ aut fundat̄ in eēntia:aut in ꝑſona.nō in eſſentia:q2 vt ſic dicerēt̄ de eēntia ſȝ vt dī de eēntia eſt rōnis tn̄. vt dicis reſpectū realeȝ cōpetit ꝑſone tn̄.ḡ.relatio realis ibi īmediate fundat̄ in ſupp^o nō in eēntia.ḡ ꝓſupponit ſupp^m ſicut relatio fundamētū. Dico q̄ nō ſeq̄t̄.relatio eſt fundamētal'r in eſſentia.ḡ dī in eſſentia vt relata ſicut nec ſilitudo dī de albedine:qua ſilitudie ſortes/ſortes eſt ſilis:tn̄ fundat̄ in albedine:nō tn̄ refert albedinē in qua fundat̄ ſed ſuppoſitū relatiuū.ſ.perſonā. ¶ Item arguit̄ ꝓprietates hypoſtatice ſunt p̄mo diuerſe aliter nō eſſent vltime:q2 eſſet dare q̄b^9 diſtinguerent̄:ſȝ relones nō ſunt h̄:q2 oēs ſunt relationes mō potentie ⁊ in hoc cōi cōueniūt. Dico q̄ relones diuine ſunt p̄ diuerſe formal'r ſuppoſite:lȝ cōueniant mō potentie:q2 potētia generatiua actiua ⁊ paſſiua:⁊ etiā ſpiratiua ſūt p̄ diuerſe.

Cōtra. Relatio cū nō ſit īfinita formal'r q̄uo heccitas ſua eſt idē cū ea. ¶ R̄ndet̄ ſicut in creaturis aliqua diſtinguunt̄ real'r ⁊ formal'r:ita q̄ nō cōueniunt in vna rōne vt velle ⁊ intelligere:ſȝ humanitas ⁊ hec humanitas eſt vna res vt ꝓprietas formaliter indiuidualis ⁊ non differunt formaliter:lȝ vna res:⁊ ideo formalitas vna ſit idētitate alia: lȝ non ſit infinitas ita in diuinis:ſed in illis que ſunt formaliter diuerſa in creaturis ſicut velle ⁊ itelligere ad hoc q̄ ſint idem identice requiritur infinitas:ſed in illis que in creaturis ſunt idem lȝ diuerſe formalitates cū transferant̄ ad diuina ad hoc qd̄ ſint idē nō req̄rit̄ infinitas ſȝ ſimplicitas:ideo relatio eſt ſua heccitas in diuinis:lȝ nō ſint formal'r īfinita. ¶ Itē arguit̄ ꝓprietas hypoſtatica eſt incōicabilis p̄ rōneȝ ꝓpriā.paternitas nō eſt h̄:q2 nō inq̄ntū dī actiua:q2 illa rō eſt cōis ſibi ⁊ ſpiratiōi actiue que cōicabilis eſt. Nec inq̄ntū p̄nitas:q2 ſic ōis p̄nitas eēt īcōicabilis. ¶ Itē ſi pr̄ p̄us ſpiraret ⁊ pri^9 gn̄āret:ſpiratio repugnaret filio ⁊ nō p̄nitas.⁊ pr̄ cōicaret eā ſpirādo ſicut mō cōicat ſpirationeȝ genito. Dico q̄ paternitas eſt incōicabilis:q2 paternitas abſolute nec q2 diuina:ſed q2 ipſa eſt ꝓprietas p̄ma equās fundamēti vti in eſſentia:⁊ eſt de p̄mo intellectu:cui^9 q̄ ſit ſingularitas. vnde duplex eſt incōicabilitas:vna eſt in plurificatas:hec cōuenit eſſentie diuine:q2 nō eſt plures. Alia que repugnat pluribus cōicari ſic eſſentia nō eſt incōicabilis:paternitas eſt incōicabilis vtroqȝ mō.p̄mo mō q2 equa eſſential'r vni fundatiua:ȝ. ſi igit̄ ſic eſt incōicabilis.eſt p̄ma ⁊ eſt incōicabilis p̄mo mō: q2 paternitas ſi cōicat̄ filio aut alia:⁊ tūc nō eſt illa incōicabilis. Si eadē tunc nō refert̄ ad filiū:q2 relatio in filio nō refert̄ ad filiuȝ. Dico tunc q̄ eſt incōicabilis:q2 eſt prior ſpiratione.⁊ hoc eſt cā eſſe incōicabileȝ per ſe ⁊ formaliter:q2 de rōne ſua eſt prior ſpiratione.vn̄ ſi ponis ſpirationē eſſe porē ea talis a paternitate rōnē paternitatis. ¶ Itē arguit̄ cōſtitutū ex diuerſis cōibus nō eſt per ſe vnū.nec in re nec in intellectu.eſſentia ⁊ relatio ꝑtinent ad diuerſa genera.iō nō cōſtituunt ſuppoſitū qd̄ eſt per ſe vnū. Dico q̄ in creaturis diuerſoȝ generū nō faciūt per ſe vnū:ſicut in diuinis relatio ⁊ eſſentia. ¶ Alij dicunt qd̄ ſuppoſitū qd̄ eſt in eſſentia creata nō eſt per ſe vnū:ſȝ aggregatiuȝ eſt ex nā ⁊ ꝓprietate indiuidual:que eſt actualis:ita in diuinis niſi eſſet ꝓprietas hypoſtatica idētice idē cū eſſentia nō eſſet ſuppoſitū per ſe vnū:ſȝ mō oppoſitū eſt verū. ¶ Alij dicunt q̄ diuinū ſuppoſitū eſt

p̄fectiſſime

perfectiſſime vnū:nō tñ per ſe vnū:vnū enī eſt tripl'r.vno mō ſicut cōſtitutū ex rebus diuerſoꝝ generū:que tñ ſunt idē identice eſt vnū ſimplicitate.Alio mō ſicut cōpoſitū ex mã ⁊ forma:eſt vnū per ſe.Tertio mō ſicut lignū ⁊ albū faciunt vnū p accñs.℄ Itē ſi relatio ꝯſtituit:aut effectiue:qḋ falſū eſt:aut formal'r:⁊ tunc relō eſt formal'r in genere ſubſtantie:cū conſtitutū ſit perſona que nō eſt niſi in genere ſubſtãtie.

℄ Collatio. XXVII.

Vtrum intellectus paternus ſit p̄n̄m formale producēdi verbū in diuinis:Et ſic:q: volūtas in patre ⁊ filio eſt p̄n̄m imediatū ⁊ formale ꝓducendi ſpiritū ſanctum.g̃ ⁊ intell's paternus erit p̄n̄m formale ꝓducendi v̄bū.ꝯñtia ꝓbaẽ per hoc ꝙ duo ſunt tñ modi itrinſeci ꝓducendi in diuinis:per modū liberi ⁊ amoris:⁊ per modū nãe:ſed volūtas eſt p̄ncipiū ꝓductionis libere ⁊ p̄ꝛ modū amoris.ergo intellect⁹ erit p̄ncipiū ꝓducendi p modū nature.ergo ⁊c̄.Itē verbū ſ3 diffōnē eius eſt terminus intelligibilis actionis ⁊ manat ab itellectu ⁊ eſt cū eo:ſed qḋ manat ab aliquo ⁊ eſt in eo h3 illud ꝓ p̄ncipio eius formali.ergo ⁊c̄.Iſtã rationē quere in ſūma henrica.q.4.Diciẽ ꝙ intellectus eſt p̄ncipiū formale ꝓducendi verbū:q: itellectus in patre eſt potentia operatiua qua itelligit ſe ⁊ oīa alia que ſunt in eſſentia diuina ⁊ mediante illo intelligere gignit v̄bū ita ꝙ itellectio illa actualis ſit p̄n̄m ꝓducendi verbū.hoc declaraẽ ſic.attribuimus operationes ꝯſimiles intellectui diuino quales attribuimus itellectui noſtro remouendo ab eis iperfectionē quã h3 in creaturis:ſed verbo noſtro formal'r intelligit intellectus noſter.g̃ a ſimili de intellectu diuino.ꝙ v̄bo formal'r intelligit pater.g̃ notitia actualis eſt formale principiū producendi verbū.

Henric⁹ in ſūma.

Contra ſm Aug.ſuper Ioã.⁊ in de trini.vbiq: v̄bum eſt ipſa cognitio formata.ſi igiẽ p̄ncipiū formale ꝓducendi v̄bū ſit ipſa cognitio.g̃ idē erit rō ꝓducēdi ſe:qḋ eſt ipoſſibile ſm Aug.1.de trini.℄ Itē ſi eſt actus:aut actus ſpeculatiuus:aut practicus.nō ſpeculatiuus:q: ille nō eſt productiuus alicuius.nec practicus:q: ille eſt ad extra.relinquiẽ igiẽ ꝙ nō eſt actus.Probaẽ per ph'm qui ſufficienter diuidit actus ⁊ habit⁹ p̄mo de aia per praxim ⁊ ſpeculationē.

Aug. ſup Ioã. ⁊ ð trini.

℄ Contra rationē arguiẽ.ſi ſpiritusſanctus ꝓducaẽ p amorē actualē tanq̃ per p̄n̄m formale:⁊ ipſemet ſit amor actualis ſm oēs ſanctos:ſequiẽ ꝙ idē erit rō ꝓducendi ſe.℄ Itē notitia ꝑfecta determinatiua obiecti in nobis eſt v̄bū.ergo notitia ꝑfecta determinatiua ipſius eſſentie diuine tanq̃ obiecti diſtincti:⁊ notitia diſtincta eſt v̄bū.ergo eſſentia vt actu intelligibilis p̄ſens intellectui ſuo diuino erit rō exprimēdi v̄bū:⁊ nō intelligentia actualis.℄ Item ꝙ memoria ſit rō exprimendi verbū.Probo ⁊ memoriã voco ob'm p̄ſens itellectui ſub rōne actu intelligibilis:tūc ſic:obiectū ꝑfectiſſimū in nullo ipeditū exprimit notitiã ſui in intellectu nr̄o ⁊ hoc eſt perfectionis in itellectu.nec pōt itellectus ꝑfectus nō habere notitiã talis obiecti:ſed ſi eſſet talis notitia p ſe ſtans eſſet maior ꝑfectio.cū igiẽ eſſentia diuina in p̄mo ſigno eſt p̄ſens itellectui paterno ſub rōne actu itelligibilis neceſſario exprimet notitiã eius quã voco verbū:ſed intelligētia actuali per te gignitur verbū.igiẽ ⁊ duo verba.℄ Itē intellectus filij nō minus eſt cōuerſiuus ſupra ſe q̃ intellectus paternus loquēdo de intelligētia actuali.igiẽ filius poſſet ꝓducere verbū ⁊ ſpiritūſanctū cū memoria ⁊ intelligētia ⁊ volūtas ſit in qualib3 perſona ſm Aug.1.lib.de trini.ergo multa verba.

Ph's p̊ ð aia. ⁊ 2° metã.

Aug. de tri. p̊ lib.

Ad primū diciẽ ꝙ obiectū ſub ratione actu intelligibilis nō eſt ratio ꝓducendi verbū:ſed notitia actualis vel intelligentia.

℄ Contra ex aliquo obiecto preſente intellectui ſub rōne intelligibilis gigniẽ verbū:⁊ nō gigniẽ vel exprimiẽ de eſſentia q̃ eſt p̄m̄ obiectum.g̃ de aliquo ob'to poſteriori eo pōt exprimi verbū eius.Diciẽ ꝙ memoria nō eſt p̄n̄m gignendi in patre ⁊ obiectum tali mō preſens qḋ vocaẽ memoria:ſed aliquid poſterius eo ſm rationem quia obiectum tali modo preſens qḋ diciẽ memoria eſt p̄ncipium operatiuū ⁊ nō ꝓductiuū.

℄ Contra.p̄mū ob'm intellectus diuini eſt p̄mo mouēs intellectū eius ſub rōne actu intelligibilis:ita ꝙ nullū aliud ſecūdariū obiectū mouet niſi in virtute illi⁹ ad cognitionē ſui:vel cuiuſcūq: alteri⁹.ſi igiẽ p̄mū obiectū nō mouet ⁊ eius vt cogniti nō exprimaẽ verbū:nihil aliud mouet ad ꝓductionē verbi.℄ Itē ſi eſt ordo ꝑfectionis ⁊ in aliq̄bus obiectis:impoſſe eſt eſſe poſterius p̄ncipiū ꝓducēdi verbū ita ꝑfectū ſicut p̄mū:ſed verbū in diuinis eſt ꝑfectū:⁊ ꝓduciẽ p modū ſilis in nã:q: ſi ſic:tūc eēt p̄mū ⁊ nō p̄mū:q: ſicut deficiūt in entitate:ita deficiēt in cognoſcibilitate.℄ Aliter dicitur ꝙ memoria tali mō deſcripta eſt principiū ꝓducēdi verbum in eſſe quieto ⁊ quaſi in potētia:ſed in actu p cōuerſionem actualem intellectus ſuper eam.

℄ Contra.calidū eſt perfectū p̄ncipiū producēdi calorē ⁊ in ipſo paſſo debite approximato ſtatī calefacit ſine alia mutatione vel additione a parte agētis:⁊ ſi aliqḋ ꝯcurrat:nihil tñ eſt ratio agēdi vel ꝓducēdi actiue qḋ nō p̄fuit in virtute ⁊ in p̄tãte ei⁹:ſed ita eſt in ꝓpoſito:ꝙ memoriã que h3 ob'm p̄ſens intellectui ſub rōne actu intelligibilis eſt agēs ꝑfectū.ergo nihil eſt in eo p notitiã actualē qḋ nō p̄fuit in eſſe genti.ergo neceſſario erit verbū vt p̄n̄m exprimēdi illud.Dicitur ꝙ impedimētū quare actiuū nō ſemꝑ agit hoc eſt vl' ꝓpter indiſpoſitionē agētis:vel indiſpoſitionē paſſi:hic aūt eſt indiſpoſitio a parte agētis:qḋ pōt eſſe ſub eſſe quieto nō pōt eſſe p̄ncipiū formale:⁊ imediatum exprimēdi verbum.

℄ Cōtra illud in agētibus q̄bus deficiat diſpoſitio cã quare nō ꝑfectiſſime agūt eſt:q: deficit eis aliqua virt⁹ vel aliqua diſpoſitio ad agēdū.℄ Ad hoc igiẽ vt agãt requiriẽ vt ꝑficianẽ ⁊ diſponanẽ ab aliquo alio:ergo p oppoſitū ꝑfectiſſimū agēs qḋ oīa alia agētia perficit ⁊ diſponit nullo alio indiget ad agēdū.℄ Itē omne impotēs ad agēdū ꝑꝑ aliquã indiſpōnē op3 ꝙ per aliquod aliud ꝑfectius eo diſponatur:ſed nihil aliud pōt reperiri ꝑfectius eſſentia diuina vel intellectu ei⁹ p̄dicto mō ſe hñte:q: eſt agēs ꝑfectiſſimū.℄ Itē oē diſpoſitū ad agēdū op3 ꝙ p aliquid diſponaẽ:aut igiẽ a ſe vt ſub eſſe quieto:⁊ habeẽ propoſitū ꝙ ipſa de ſe eſt ratio ſimpl'r actiua ad ꝓducēdū verbū aut a ſe vt ſub eē actualē ⁊ habeẽ ſimil'r ꝓpoſitū aut ab alio:⁊ hoc eſt impoſſe:q: de illo alio quero vtrū ex ſe vel ex alio:ſi ex eadē rōne fuit ſtãdū in p̄mo ⁊ habeẽ ꝓpoſitū:q: illud prius eſt memoria tali mō dicta:ſi ab alio:quero vt prius:⁊ ſic eſt in infinitū.℄ Itē qñ queriẽ de p̄ncipio formali alicuius ꝓductionis nō q̄riẽ de ꝓductione qua ꝓduciẽ.Exēplū de oībus:ſed ipſa actualis intellectio q̄ poniẽ ſm te p̄ncipiū formale ꝓductiōis eſt actio.g̃ ⁊c̄.℄ Ad illud intellectio actualis eſt abſoluta non de genere actionis:ſed de gñe qualitatis:actio aūt de genere actionis eſt habitudo illa que eſt ad terminū ad quē.℄ Cōtra actiōis nō eſt actio.Rñdeo actiōis ð gñe actiōis nō eſt actio de eodē gñe:ſ3 actiōis ð gñe q̃litatis eſt actio ⁊c̄.⁊ ex̄.

℄ Cōtra in patre eſt intell's agēs:q: in ipſo eſt qḋlibet quod melius eſt ipm eſſe q̃ nō eſſe:ſed in rōne intell's agēs eſt qḋ nobiliſſimū:q: oē agēs eſt p̄ſtantius q̃ patiēs.g̃ d3 attribui patri:ſed ſi intell's nō pōt circa ſuū p̄mū ob'm hēre aliquã actionē nō poterit hēre aliquã actionē circa qḋcūq: obiectū ſecūdariū.℄ Itē ꝙ intellectus p̄mus nō ſit ratio ꝓducendi verbū:q: qñ eſt ordo aliquoꝝ ex nã rei poſterius nō pōt eſſe ratio formalis cōicandi p̄us.p3:q: impoſſe eſt terminū formaliter ꝓductū p̄cedere formale p̄ncipiū ꝓducēdi:ſed ita eſt in ꝓpoſito:q: eſſentia q̄ p̄us eſt q̃ intell's eſt formalis terminus ꝓductionis.igiẽ ⁊c̄.℄ Itē intell's eſt potentia:aut igiẽ actiua aut paſſiua:ſed ꝑfectio p̄ma potentie actiue

vel paſſiue: eſt actio vel paſſio de genere actionis vel paſſionis. ¶ Ad iſtud dico ꝑfectio intell'is eſt intelligere: nõ quidẽ de gñe actionis vel paſſiõis: ſꝫ de gñe qualitatis: ⁊ illa actio que ẽt põt dici intelligere ſiue ſit actio ſiue paſſio dicit quã dã habitudinẽ vel reſpectũ ad intellectũ vel intelligere q̃ eſt perfectio abſoluta ipſius intell'is: ⁊ ita equiuoce dr̃ actio vel de gñe qualitatis vel de gñe actionis. ¶ Itẽ ſi intell's poſſis ſit cognitiuus ſiue ꝓductiuus verbi in diuinis ⁊ cuius eſt potẽtia eius eſt actus: vt dicit̃ in. i. de ſomno ⁊ vigi. ergo ſupflueret ponere intell'm agẽtẽ ad eius ꝑfectionẽ. ¶ Itẽ ꝙ eſſentia diuina cũ intellectu non principat verbũ tanꝗ̃ vna cã totalis. Probatio. qꝛ quãcũqꝫ ſunt ṗncipia ⁊ ṗncipia ꝑ modũ nãe: ⁊ vtrũqꝫ principiat ſm vltimũ potẽtie ſue aliquid virtualiter eſt in cã totali qḋ nõ eſt in cã ꝑciali: ⁊ aliqd deficit cãe ṗncipali qḋ eſt in cã totali. Exẽplũ de multis trahẽtibus nauẽ: ⁊ in intellectu ⁊ ſpecie obti reſpectu itellectionis: ſed eẽntia dei eſt infinita. ḡ nihil ſibi deficit in ṗncipiando: qꝛ ſi ſic infinito aliqd poſſet addi. Rñſio dicit̃ infinita: qꝛ facit tãtũ quãtũ faciũt infinita agentia ſi eſſent: nõ tamen ſumpta ꝑ ſe ſe hꝫ oẽm modũ per ſe quẽ hꝫ cũ itellectu. aliter concluderetur q filius eſſet productus ⁊ non per modũ nature: ⁊ ſpiritusſanctus ⁊ non per modum voluntatis.

¶ Collatio. XXVIII.

Utrum verbũ diuinũ ſit de eſſentia ſicut de quaſi materia: Et ſic probat̃ ex creaturis: lꝫ eminẽter ſint in cãis q̃ ſũt creatorũ: tñ nõ oĩa que in creaturis ſunt poſſumus attribuere deo ꝓprie vt ſi dicatur proprie albũ ⁊c. tũc ille ſole ꝑfectiones deo attribuunt̃ ꝓprie q̃ ſumpte in ſua intẽtione nullã dicũt impfectionẽ vt eſt ſapientia ⁊ potẽtia actiua ⁊c. ¶ Itẽ ṗmo oſtẽdo ꝙ mã ⁊ potẽtia paſſiua dicit aliquã ꝑfectionẽ ⁊ eſt aliqua ꝑfectio: qꝛ Auguſtin⁹ de nã boni ſi forma eſt bonũ aliqḋ capacitas forme eſt bonũ. ḡ ⁊c. Itẽ ens ⁊ bonũ ꝯuertũt̃: cũ igit̃ mã ſit ens. ḡ bonũ: nõ eñi eſt nihil: qꝛ ſuba. Probatio: ex nõ ſuba nõ ſit ſubſtantia. ꝑ phyſi. ⁊ 2⁰ de aia dicit̃ ꝙ eſt ſubſtãtia. ¶ Secũdo oſtẽdo ꝙ in mã vel eius potẽtia paſſiua ſm aliquã ei⁹ intẽtionẽ nõ includit̃ aliq̃ impfectio. vbi notãdũ ꝙ in omni ente intelligit̃ aliq̃ ꝑfectio: nõ tñ illa ponunt̃ in deo: qꝛ ẽt dicũt impfectionẽ: ſꝫ aliqua eſt intẽtio potẽtie incluſa in eius qddtate: que nullã includit impfectionẽ ⁊ ſeparabilis ſm intellectũ ab intẽtione impfecta. Probatio: trãſmutatio eſt actus ꝓprius potẽtie paſſiue: ſed actui ꝓprio correſpõdet ꝓpria potẽtia ſm intẽtionẽ actus ꝓprij: ⁊ ecõuerſo: aut ſm eius intentionẽ aliã: al's non eſſet eius potẽtia: ſꝫ trãſmutatio paſſiua eſt proprius actus potẽtie actiue: ⁊ potẽtia paſſiua vnã habet intẽtionẽ que eſt mutatio: aliã hꝫ que eſt ſeparabilis a mutatione ſm intellectũ ⁊ ſm ꝙ ꝯuenit diuerſis que nõ includũt impfectionẽ ꝯuenit deo ſicut productio. ergo potentia paſſiua ṗter mutationẽ que dicit impfectionẽ manet in deo. ¶ Aliter oſtẽdit̃ idẽ: qꝛ aliqñ eſt mutatio ad aliquid ꝙ capit eſſe poſt aliud eſſe ⁊ poſt ṗuationẽ aliqd capit eſſe poſt nihil. ṗma eſt generatio. ſcďa creatio: ⁊ eſt alia ꝓductio: que nõ dicit aliquã mutationẽ nec ꝑ quã capit̃ eẽ poſt nõ eſſe vel poſt nihil: ſed tñ capit̃ eſſe de eſſentie videt̃ ꝙ ſic eſt dare ſignũ originis in quo eſt pater nõ fili⁹: qḋ nõ eſt niſi eſſe in priori originis eſſentiã in pr̃e que in filio nõ eſt in illo ṗori: nõ tñ eſſentiã nõ eſſe ſub filiatione: qꝛ ſemꝑ actualiſſime eſt ſub filiatione: ſed poſterius origine habere filiationẽ a ſe: qḋ ſtat cũ hoc ꝙ actualiſſime hꝫ filiationẽ: iõ non eſt dare ſignũ nãe in quo pater ſit vel intelligit nõ exiſtente filio vel nõ intelligẽte: ſed tñ pater intelligit prius origine hoc eſt a ſe. ḡ lꝫ eẽntia ṗus ſit ſub nõ filiatione: nõ tñ in ṗori ſigno nature: ſed oĩs mutatio eſt poſt negationẽ vel ṗuationẽ in alio ſigno nãe. ḡ illa generatio nõ eſt mutatio. ¶ Tũc dico ſicut generatio põt ꝑdere intẽtionẽ que eſt mutatio retenta intentione qua eſt productio: ſic in diuinis: ⁊ iõ nõ dicit impfectionẽ ⁊ ſm oẽm modũ actiui dꝫ correſpondere potẽtia paſſiua. ḡ potẽtia paſſiua põt ꝑdere intẽtionẽ qua eſt paſſiua ſuſceptiua mutationis retenta que eſt potentia ſuſceptiua productionis.

Contra. Arguit̃ in eodẽ ſm numerũ potẽtia eſt prior actu: deus eſt idem numero ſi ibi eſt potẽtia ipſa erit prior actu: hoc falſum eſt. ¶ Iſtud argumentũ eſt in Gadaueñ. 4. qḋ. q. an in deo ſit potẽtia. Rñdeo: aliter eſt potẽtia in deo q̃ꝫ in creatura. Nã ṗuatio abſcindit̃ a potentia in diuinis: nec potẽtia eſt ibi ṗor actu niſi origine ⁊ verũ eſt formali ṗdicatione potẽtia eſt actus: accipit̃ eñi ibi vt nõ diſtat ab actu: ſed in creaturis eſt potẽtia ṗor actu in eodẽ ſic nõ hic in filio. ſolum enim eſt cum non eſſe a ſe.

¶ Arguit̃ quid notat ly quaſi, aut veritatẽ aut falſitatẽ: dico ꝙ ibi mã ⁊ ly quaſi eſt nota veritatis quo ad ꝑfectionẽ: nota falſitatis quo ad impfectionẽ. ¶ Silr nõ eſt ibi cõpoſitio: qꝛ ex ea ꝑte qua ꝯcurrũt vnũ eſt idẽ ſimplici identitate cũ alio. Quod ibi ſit quaſi potẽtia ſm fidẽ eſſentia prius ordine originis eſt ſub ṗnitate q̃ꝫ ſub filiatione: ſed omne qḋ in aliquo priori nõ eſt aliquid vel ad aliquid eſt in poſteriori: tale aliquid vel ad aliqd: in ṗori fuit in potẽtia tale. ḡ eẽntia habet ꝙ ꝑ generationẽ eſt in filio: aut igit̃ educit̃ filius de eſſentia quaſi mã qḋ nõ dicimꝰ: qꝛ ſi ſic eſſet ibi potentia obiectiua q̃ in creatura dicit impfectionẽ ſicut ſubiectiua. ḡ vtraqꝫ erũt ibi eque ſi impfectio auferat̃. ¶ Itẽ relationes ſunt forme ſuppoſitorũ: qꝛ diſtinguũt: ſed forma ſuppoſiti eſt vel forma totius vel forma partis: forma totius ſicut humanitas formã ſortis: forma partis ſicut anima eſt forma ſortis: nũc aũt relatio nõ eſt forma toti⁹: qꝛ nõ formal'r includit eſſentiã. ḡ eſt forma partis ⁊ quaſi pars: ſed in creatura forma pars eſt forma ꝑtis vt aĩa corporis. ḡ in deo forma quaſi pars erit quaſi forma partis. ḡ eſſentia eſt quaſi materia reſpectu cõpoſiti. ¶ Dices pars diſtinguit̃ a toto: ſed relatio eſt idẽtice eẽntia: iõ nõ eſt ꝑs nec forme: qꝛ nõ iberet. ¶ Cõtra. nõ tollit hanc rõnẽ ꝑtis cõcurrere cũ alio formaliter diſtincto: ſed eſſentia ⁊ relatio ad cõſtitutionẽ vnius vt ſic cõcurrũt habent vnionẽ: ⁊ ſic non claudunt idẽtitatẽ: qꝛ ſic nõ facerent vnionẽ ⁊ relatio ⁊ eſſentia nõ ſunt formal'r vnũ in filio: ſed vnita nõ cõcurrũt idẽtice: ſed vt mã ⁊ forma. ergo ⁊c. Poteſt dici ꝙ iſta potẽtia eſt logica. ¶ Cõtra prioritas originis eſt realis: ergo illam ſequitur realis ordo ⁊ realis potẽtia. Si dicatur ꝙ eſt potẽtia obiectiua. Cõtra. omnis imperfectio in creatura que ſequitur potentiam paſſiuã ſubiectiuã ſequit̃ obiectiuã. ¶ Item relatio ⁊ eſſentia cõcurrũt ad cõſtitutionẽ ſuppoſiti vt ſunt due formalitates ſeruata diſtĩone formali iſtorꝫ in illa ꝯiunctione. ſi igit̃ ꝯcurrũt ad vnitatẽ anteq̃ꝫ nõ idẽtitatẽ: lꝫ vnũ ſit idẽ alteri: tamẽ cõcurrũt ad vnitatẽ vt dicit̃. ergo cõcurrũt ad vnionẽ. ergo vnũ eſt quaſi materia: ⁊ alterũ quaſi forma. ¶ Itẽ relatio eſt modus ⁊ circũſtãtia termini. ergo modificat ⁊ informat rem cuius eſt modus. ſ. eſſentiam. ergo. ¶ Item generatio eſt opus nature: quecũqꝫ autem operatio nature ſit per modum impreſſionis forme in materia.

¶ Cõtra. quaſi in mã eſt quaſi in potẽtia reſpectu formalis termini ꝓductionis: ſimiliter ꝑſone diſtinguerent̃ ſpecie ſicut relationes. ¶ Itẽ ex vi productiõis nõ habet̃ in aliquo niſi vno mõ: ſed eſſentia dei habetur in filio vt formalis terminus. ergo nõ vt mã. ¶ Itẽ habens in ſe eſſentiã diuinã quacũqꝫ rõne omni alia rõne amota eſt in ſe ꝑfectus: ſed filius habet eam ſub rõne quaſi materie: ergo quacũqꝫ alia rõne amota eſt perfectus: ⁊ ita eſſet perfectus filius non habẽdo eſſentiã diuinã vt terminũ formalem: qḋ eſt falſum.

¶ Ad primũ ſi intẽdũt ꝙ eſſentia eſt formaliſſimus terminus generationis:

nus generationis:cū formaliſſimū in ſuppoſito diſtinguat ſuppoſitū eſſentia diſtingueret:tūc dico ꝙ relatio eſt termi nus aliquo mō:ſicut eni in forma eſt terminus duplex for malis:vnus terminus ſpecificus vt rōnalitas:alius ſuppoſi tiuus ſiue ſit duplex negatio ſiue humanitas ſiue ſorteitas: ſic in filio dei vnus terminus eſt nā:terminus ſuppoſitiuus eſt ꝓprietas hypoſtatica:ſic eēntia eſt terminꝰ ſpecificus:re latio eſt terminꝰ formalis hypoſtaticus:iō nō ꝑus terminaẽ generatio ad relationē:ſʒ ad eſſentiā vt formalē terminū:tñ ſub illa ꝓprietate:iō nō eſt ad aliq̄d:io:ſilr ſpēs ſumiẽ ibi ex eēntia ſicut in creaturis ſumiẽ ex nā:iō nō diſtinguiẽ ſpecie.

Ad primum tūc dico ꝙ ſicut in creatura que eſt aliqd in potētia reſpectu ſui in actu vt in ſimplici rōne eſt ſumere differētiā ⁊ genus:ſic aliquo mō eſt ibi niſi intell's dei informaẽ notitia ſimplici:⁊ ille idē vt nudus ꝯuertiẽ ſup ſeipm vt informatū:⁊ ille vt informa tus imprimit in nudū:iō ille intell's vt nudus ⁊ quaſi infor mis eſt quaſi mā:⁊ informans eſt q̄ſi forma:relō aūt eſt q̄ſi forma.Et cū arguis:habēs eſſentiā vt quaſi mām eſt ſuppo ſitū ꝑfectū:dico ꝙ ſicut ſequiẽ pmᵐ eſt.ergo pncipatū eſt:ꝓp ꝯcluſionē:⁊ ꝓpterea addita excluſione ſequunẽ oppoſi ta:vñ habere eā vt materiā includit hēre eā vt formā:⁊ no ta excluſionis addita excludit incluſum.

℄ Ad ſecūdū.maior nō eſt vera in nobis:intell's eni ꝯtinens notitiā memorialē eſt eadē res cū nudo ꝯuerſo qui nudus eſt mā verbi reſpectu intellectus vt informati.℄ Ad aliud cū arguiẽ.agens ſicut ꝓducēs:nō referẽ ad mām niſi inq̄tū mouēs:dico ꝙ h̄ eſt falſuʒ vbi mā nō differt a ꝓducēte.

℄ Ad aliud qḋ ꝓducit aliqd ex mā prius referẽ ad patiens q̄d ad productū:ergo pater ꝑus refertur ad eſſentiā realiter q̄ʒ ad filiū:dico ꝙ aña nō eſt verū niſi vbi mā differt realr a producēte:vel aña eſt verū quādo agens diſponit mām ⁊ abycit formā precedētē.℄ Itē potētia ꝑma actiua non re quirit aliquā cām:ſicut pʒ in creatura.ergo nec potētia pri ma ꝓductiua requirit ſubaliā:ergo nec quaſi mām:dico ꝙ aña eſt verū:q2 infert ꝙ de iure nō eſt in cā actiua require re aliā cām:ſed de rōne cāe productiue eſt requirere aliam cauſam vt quaſi materiā.℄ Ad aliud ꝙ tam in generatio ne q̄ʒ in ſpiratione vtrobiqʒ eſt impreſſio q̄ſi forme in māʒ. arguiẽ.Itē arguiẽ ſi eēntia eſt quaſi mā cui imprimiẽ rela tio vt forma:quero an eſſentie vt eſt patris vel vt filij vel vt ſpūſancti vel vt indifferēs.nō ꝑmo mō:q2 tūc pr ⁊ filꝰ erūt vnū ſuppoſitū.nec ſcdo modo nec tertio:q2 illa impreſ ſio ꝑor eſt q̄ʒ ſit filius vel ſpūſanctus.nec in quarto modo: q2 ſic filius eēt magis de eēntia pr̄is q̄ʒ filij vel ſpūſancti.

℄ Reſpōdeo.in creaturis eſt ꝯſiderare ſignū quo in mate ria eſt ſub forma ſubyciēda:aliud in quo forma educiẽ ter minū quo eſt ſubiectū generatōis ⁊ quaſi mā.ſi queris tūc quādo eſt generatio ignis ex aere vt mā ſit ignis vel aeris: neutrū eſt:ſed indifferens vtriqʒ:ſilr in diuinis nō imprimi tur relatio in eēntiā vt eſt patris nec vt filij vel ſpūſancti: ſʒ eſt quaſi ſignū ꝑmū in quo intellectus patris informatur ſimplici notitia.ſcōʒ in quo intellectus nudus ꝯuertiẽ ſup informatū.tertiū in quo nudus ꝯuerſus informatur:ideo in eēntia imprimiẽ vt in differens:tamē magis diciẽ filiꝰ de eēntia patris q̄ʒ filij vel ſpūſancti:ſicut dicimus ꝙ de mā vini educiẽ acetū:q2 prius fuit ſub vini forma:ſicut in diui nis filius eſt de eſſentia vt eſt patris:q2 eſt de eēntia q̄ ꝑus origine eſt eēntia patris.Ad aliud generatio ſubita ⁊ genitū nō ſunt vna res:tñ gñatio eſt ꝑus genito:ſm rōnē ſʒ ꝙ intel lectus ꝑus accipit eā vt in ꝑmo ſigno ſecūdo vt genitū eſſe ſic in diuinis diſtantia gñōnis a genito eſſe ſeu potentie ab actu:⁊ hoc nō eſt niſi in ratione.℄ Itē arguiẽ.nihil infor maẽ ab eo reſpectu cuius eſt actus purus reſpectꝰ relatio nis nō habet eſſē niſi ab eſſentia.ergo nō informaẽ relatio ne.℄ Dico eſſentia intētione qua eſt eēntia fundat filiatio nē imediate imediatione.ſ.nāe:q2 nullā relationē prius na tura fundat:in quo eni ſigno nāe fundat vnā ⁊ aliam:tñ fun dat filiationē mediate.ſ.mediatione originis:q2 mediate ge neratione:tamē imediate imediatiōe nāe.℄ Tūc dico eēn tia eſt purus actus reſpectu filiatiōis iquātū fundat eā ime diate imediatione nāe:tñ eſt in potētia ad eā mediatione originis.℄ Itē arguiẽ producēs inquātū huiꝰ referẽ ad ꝓ ductuʒ:ſed inquātū mouens referẽ ad mām pater non eſt mouēs.ergo ⁊c.℄ Dico ꝙ ꝓducēs vt ſic nō referẽ ad ma teriam nec inquātū mouēs:ſed inquātum imprimens.Qui vellet ſuſtinere ꝙ eſſentia non ſe habet vt materia in gene ratione poſſet reſpondere ad rationes factas.

℄ Ad ꝑmā:qñ arguiẽ ꝙ nō includit imꝑfectionē eſt in deo. ꝯcedo:ſed ratio ſubiecti includit imꝑfectionē.nego.Ad ꝓ bationē mutationi correſpōdet ratio ſubiecti ſm oēʒ ſui ra tionē ſeu intētionē.ꝯcedo:ſed productio includit in aliqua rōne mutationem dico ꝙ falſum eſt:vñ dico ꝙ ꝓductio ⁊ formatio habēt formales rōnes diſtinctas formaliter ⁊ ſūt ſine ꝯtradictione ſeparabiles abinuicē:q2 ꝓductio eſt for maliter ipſius ꝓducti:⁊ accidit ſibi ꝙ fiat cū mutatione ali cuius partis ꝯpoſiti:mutatio aūt formalr eſt actus mutabi lis qḋ de priuatione trāſit ad formā.Qḋ autē mutatio con comitaẽ ꝓductionē in creaturis:hoc eſt ꝓpter imꝑfectionē potētie ꝓductiue que nō pōt dare totale eē termino produ ctionis:ſʒ aliquid ꝑſuppoſitum tranſmutat:⁊ ſic ꝓducit ꝯ poſitū.ergo ſine ꝯtradictione poterit ſeparari ꝯparando ad potētiam productiuā ꝑfectam:ſicut pʒ in creatione vbi ꝓpter perfectionē potētie productiue ponētis ꝑmo eſſe to tū:vere eſt ratio productionis inquātū ꝑ eam vere produ ctū accipit eſſe:ſed nō eſt rō mutationis inquātum mutatio dicit aliquid ſubſtractū aliter ſe hēre nūc q̄ʒ prius ſm phm 6.phyſicoꝝ:qm̄ in creatione nō eſt aliqd ſubſtractū.℄ Ad ſcōm:cū arguiẽ illud qḋ in quocūqʒ priori nō eſt ſub aliqua forma ⁊ in poſteriori eſt ſub aliq̄ forma i priori fuit in potē tia ad illam:ſed eēntia prius origine fuit ſub paternitate q̄ʒ ſub filiatione in illo:ergo priori originis fuit in potētia ad fi liationē.Ad maiorē dico ꝙ eſt falſa ſi fiat diſtributio ꝓ ꝑori originis:ſicut accipiẽ in minori ſub quia qḋ pr habeat eſſen tiam prius origine non eſt aliud niſi ꝙ habeat eſſentiā a ſe ⁊ ꝙ filius habeat eā in poſteriori originis ſigno nō eſt aliud niſi ꝙ habeat eſſentiā ab alio mō:iſta poſſunt ſimul ſtare ꝙ pater habeat eſſentiā a ſe ⁊ filius a pr̄e ⁊ tñ ꝙ in eodē ſi gno nāe habeat eā ⁊ nūq̄ʒ filius fuerit in potētia ad eā habē dā:vñ ſic arguiẽ nō hñt eā in priori originis.ḡ nō habēt eā in priori ſigno nāe qḋ requiriẽ ad hoc ꝙ fuerit in potentia ad eā:eſt falſa ſm qd ad ſimplr arguendo a negatione ſm qd ad negationē ſimpliciter.℄ Ad tertiū dico ꝙ ibi eſt po tētia obiectiua ⁊ qñ tu dicis ꝙ potētia obiectiua dicit imꝑ fectionē in creatura:ſicut ſubiectiua diſtinguiẽ:eſt eni q̄daʒ potētia obiectiua ꝓducibilis:quedā creabilis.ꝑma nō dicit imꝑfectionē:⁊ eſt in diuinis.ſecūda dicit imꝑfectionē ⁊ eſt in creaturis.℄ Ad quartū dico ꝙ relatio eſt forma partia lis.Et cū dicis ꝙ eſt forma partis.dico ꝙ eſſe formā partis pōt itelligi duplr:vel ſicut fundamēti vel ſicut ſubiecti:qḋ aūt ſe hʒ in rōne ſubiecti reſpectu forme ꝑtialis eſt q̄ſi mā: nō aūt qḋ eſt fundamētū.℄ Ad quintū cū diciẽ ꝙ priori tatē realē originis ſequiẽ talis ordo ⁊ realis potētia.dico ꝙ nō eſt verū niſi de potētia obiectiua vt expoſitū eſt ſupra:⁊ cū dicis ꝙ oīs imperfectio que ſequiẽ potētiā ſubiectiuam ſequiẽ obiectiuā:pʒ ſupra in ſolutiōe tertij argumēti.℄ Ad ſeptū ex duobꝰ formaliter diſtinctis nō conſtituiẽ quid vnū per ſe niſi vnū ſit actus alterum potētia.7.meta.ſolutio ſm phm in eodē ſeptimo caplo vltimo:⁊.8.vnitas ꝯpoſiti ne ceſſario eſt ex ꝯpoſitione actus ⁊ potētie:nūc aūt perſona

in diuinis non eſt cōpoſita nec quaſi compoſita:ſed ſimplr ſimplex:⁊ ita ſimplex ſicut eēntia ſm ſe ꝯſiderata nullā habens cōpoſitionē:nec quaſi cōpoſitū in re:⁊ tn̄ formalis rō eſſentie eſt diſtincta a formali rōne relationis: nec vna eſt alia. Qualr aūt ſtat ꝙ rō relationis in ſe non ſit formaliter eadē rationi eſſentie:⁊ tn̄ in eodē cōcurrentes nō cōſtituunt cōpoſitū:hoc eſt:q2 iſta pfectio eſt eadē illi: ꝑpter infinitatē vnius cuiqd pōt eē cū ea eſt pfecte idē ſibi:pfectio igiť idētitatis excludit oēm cōpoſitionem ⁊ quaſi cōpoſitionē:que idētitas eſt ꝑpter infinitatē:⁊ tamē īfinitas nō tollit formales rōnes relatiōis ⁊ eſſentie quin hec formaliter nō ſit illa: nihil igiť ex iſtis eſt quaſi cōpoſitū ex actu ⁊ potētia:ſed eſt vnū fundamētū ex iſtis:q2 eſt perfecta idētitas:iſta etiā idētitas excludit aggregationē:q2 idē nō aggregať cū ſeipſo.

℄ Cōtra. quādo ex duobus vt ſunt diſtincta ſit aliquid vnū maioris vnitatis ꝙ̄ ſit vnitas illorū vt diſtincta ſunt:vnum eorū ex potētia ⁊ reliquū actus:q2 ſi neutrū eſt actus alteri⁹. ergo nō magis ex eis ſit vnū ꝙ̄ vt ſunt diſtincta:cū nullam videnť habere habitudinē adinuicē relatio ⁊ eēntia inꝙ̄tū ſunt diſtincta ꝯſtituūt perſonā que eſt perſona deitate ſola: hec perſona eſt magis vna ꝙ̄ ipſa vt diſtincta. igitur ⁊c̄.

℄ Itē ſi terminus formalis cōmunicať alicui quantūcūqz ſuppoſitū modicū dicť termin⁹ foīalis cōicatus ꝓſupponit illud cui cōicať reſpect⁹ nō ꝓſupponiť cui cōiceť eſſentia: q2 tūc relō eſſet prius ꝙ̄ eſſentia. ḡ eſſentie cōicať relatio vt eſſentia preexiſtit. ergo eſſentia eſt quaſi materia.

Ad primū dicitur ꝙ maior eſt vera quando vtrūqz eſt res ⁊ res:nō quando vnū eſt res ⁊ alterum modus intrans realitatem eius:⁊ maxime quando illud quod eſt res eſt infinitum.

℄ Cōtra. quero an ex re ⁊ modo ſit magis vnū per ſe ꝙ̄ ſint iſta vt in ſe diſtincta ſunt. Si dicis ꝙ ſic. vnū eſt actus ⁊ alterū potētia:q2 ſi vnū nō ſit actus ⁊ alterū potētia:tūc erit tm̄ h ⁊ h:⁊ tūc cōpoſitū nō eſt ꝑ ſe vnū ex iſtis:ſ3 ex alio. Aut ſi eſt magis vnū illi in tertio ꝙ̄ inquātū ſunt diſtincta opꝫ aliquid eſſe in cōpoſito vltra rōnē huius ⁊ huius:⁊ tūc aut eſt abſolutū:⁊ tūc hoc ⁊ hoc:aut reſpectus:⁊ tūc ille reſpectus ꝑ quē vnū reſpicit aliud erit intrinſecus:⁊ tūc ille reſpect⁹ eſt actus ⁊ potētie ſm pħos. vis rōnis ſtat in h ſi. a. nō eſt act⁹ b. nec eꝯ. ḡ in tertio. a. nō eſt vnū ipſi. b. ꝙ̄tū diſtincta nō ſūt ꝑ ſe vnū:q2 neutrū eſt de ꝑ ſe alteri⁹ itellu. ḡ vt in toto neutrū eſt ꝑ ſe vnū alteri. ḡ totū nō eſt ꝑ ſe vnū:⁊ tūc nihil erūt ꝑ ſe ſuppoſiti nāe diuine:q2 nec h nec illud:nec h ⁊ illud eſt ꝑ ſe ſuppoſitū nāe. ꝑ⁹ ꝯña ꝓbať ex oppoſito ꝯñtis. ℄ Rñdeo ex eis ſit vnū nō:q2 h ⁊ h:ſ3 ꝑ aliqd aliud nō ꝑ reſpectū nec ꝑ abſolutū:ſ3 illud includit magis abſolutū ⁊ reſpectū.

℄ Cōtra. ſi illud tertiū ſit aliud ꝙ̄ hoc. ergo perſona erit aliō ꝙ̄ hoc ⁊ hoc:dico illud tertium eſt iſta ⁊ ſimul.

℄ Cōtra. ergo tn̄ h ⁊ hoc. Solutio illud tertiū:eſt ſīt vtrūqz vt hn̄t reſpectū adinuicē:nō tn̄ vt potētia ⁊ actus:ſ3 vt res ⁊ modus. ℄ Ad p^m^ di ad maiorē cū accipiť ex diſtinctis vt diſtincta ſūt nō eſt veri⁹ vnū ꝙ̄ eis vt indiſtincta niſi ꝑ aliō ꝙ̄ ꝑ rōnē formalē diſtinctorū:dico illud aliud qō eſt ratio vniēdi eſt idētitas. ſ. ꝙ iſta duo ſunt idem idētice.

℄ Cōtra. vt diſtincta ſunt excludimr ab eis idētitas realis. Cōtra accipiam⁹ ꝓciſiſſime vt poteſt accipi ab itellu eēntiā illā. eēntia ſic accepta ⁊ ꝑnitas nō ſūt idē: q2 vnū ad ſe alterū ad aliud:ex illis igiť eſt diuerſitas formalis ex illis ēt ꝓciſiſſime ſumptis eſt vnitas idētica:ſi eni deitas h habꝫ ꝙ qōlibet ſibi ꝯpoſſe ſit idē ſibi:in illo hꝫ vn̄ relō ſibi cōpoſſis ſit eadē ſibi:alr nūquā erit cōpoſſibilis ſibi. Dico alr ꝙ nūquā ꝑ aliqd qūocūqz in rōne ꝑcipij vnū eſt ex iſtis foīalr qō eſt aliud foīalr ab illis vt diſtinguiť:vn̄ idē pōt eē ratio ꝯuenientie vnius:⁊ diſtinctionis alteri⁹:rō qdditatis eorū eſt rō nō incluſionis eorꝫ:⁊ nō idētitatis foīalr:⁊ eadē eſt ratio ꝑxima idētitatis realis eorꝫ:⁊ iō cōpoſſibilitatis eorū.

℄ Collatio. XXIX.

Utrum volūtas in diuinis vt concors ſit ꝑn^m^ foīale ſpirādi. ſ. ſ. Arguiť ꝙ nō:q2 nulla po⁹ libere actiua inꝙ̄tū talis ē ꝑn^m^ foīale ꝓductiuū ꝓductiōis:nec ē volūtas vt cōcors ē hm̄. ḡ. Probatio añtis:q2 ſ3 pħm. 6. ethi. actiuū diſtīguiť a factiuo:⁊ q2 actiuū nō hꝫ terminū aliū ab actu:po⁹ aūt factiua ſeu ꝑctica hꝫ aliū terminū ꝙ̄ ipaꝫ ꝓductionē:ſed volūtas vt ꝯcors eſt actiua. ḡ vt eſt ſic nō eſt ꝓductiua. Minor pꝫ:q2 nō eſt ꝯcors niſi ꝑ velle:ſ3 velle ē actio manēs in agēte. ℄ Itē qd intelligiť ꝑ ꝯcors:aut dicit aliud a volūtate re vel rōne:aut nihil. Si nihil:hēo ꝓpoſitū videlicet ꝙ volūtas abſoluta ſūpta abſqz aliq̄ addito eſt ꝑn^m^ ⁊c̄. Si aliqd rōne:aliqd rōnis eē ꝑn^m^ ⁊c̄. ⁊ tūc ēt alia pſona ad eē ſuū reale ſupponeret aliqd rōnis. Si ſit aliqd re:hec nō eēt niſi relatio:⁊ tunc plures eſſent relationes in diuinis ꝙ̄ cōmuniter ponuntur a doctoribus.

Cōtra. Ricar. 3° de tri. c. 2° amor iocūdiſſimus nō pōt eē niſi in amore mutuo:ſ3 hoc eſt voluntati vt ꝯcordi. Ricar. 3 de triní. ca. 2. ℄ Ad ꝑmū dico ꝙ quia voluntas in volendo nihil producit:ideo manet ſecunda ad producēdum.

